mane stabilied est spus. **Vn** ad heb. xiiij. Optimus est gra  
stabilire cor. **T**ria autem sunt que derent homines cobi  
tere a nimietate somni. Primo exempla. ad qd pertinet il  
lud verbum augustini p[ro]p[ter]ius positum. Indecens est xpiano  
si radius solis inueniat euz in lecto. Secundo hoc. q som  
nus absq[ue] necessitate est tempis amissio. Vnde b[ea]t. qntum  
ad debituz otinui pfect[us]. nichil ita depit de vita nostra qm  
q somno deputat. In veritate somus est qsi quedaz spes  
vel ymago mortis. Tercio debret cohibere homines a nimie  
tate somni. mltiplex malu q in scripturis legit ex somno ac  
cidisse. et de hoc sufficiat ponere quinq[ue] exempla. Primus  
exemplum est iudic. iiiij. de sysara. qui euz bibiss lac obdor  
minuit. et interfecit aiael. clauo in cerebro ei defixo. Se  
cundus exemplum est iudic. xvij. de samsone. quem dalida  
fecit obdormire sup genua sua. et rasis. viij. erimbo capt[us]  
est et exoculatus. Tercium exemplum est in iudith de holofer  
ne qui dormiens. a muliere hebreia interfecitus est. Quar  
tum exemplum est math. xxvij. Vbi apli somnolenti legu  
tur christus amississe. Quintus exemplum est act. xx. de quo  
dam adolescenti nomine euthico. q cum disputante paulo  
grauii mergeret somno cecidit de tertio cenaculo deorsum  
et sublatus est mortuus. **T**ria autem necessaria sunt  
homini. ad hoc q debito modo dormiat. Primo necessarium  
est ei. ut vigilando laboret. Vnde eccas. v. Dulcis est so  
nus opanti. siue paiz siue multuz comedat. Homo ocio  
sus affligitur. non solu dormiendo sed etiaz vigilando. Secundo  
necessarium est ei. ut sobrie potu et cibo vtatur. Tercio ut

Sensus suos sobrios custodiat. Vnde bñ. Sobrium clum  
Sobrii sensu sobrius sequit somnus.

Quod ociosus stultus sit et reprehensibilis. et que in occu-  
patone sine attendenda.

**Q**uartum capitulum.  
Equus de pccato ociositatis. circa qd pccatum pri-  
mo ostendemus qd stultus sit qui ocium diligit. Se-  
cundo ostendemus qd ociosi hec semp reprehensi-  
biles sint. pccatum tamen tempore gracie reprehensibiles sunt  
Tercio tangemus ea que attendenda sunt alicui in occu-  
patone qm vult eligere. Qm stultus vero sit qui ocium di-  
ligit. ostendit nobis p. xij. ubi sic legit. Qui opatur  
terram suam faciabitur panibus. qui autem sectat ocium  
Stultissim est. Non solum stultus est talis vel stultior sed  
stultissimus. Primus gđus stulticie est. vitam suam negli-  
gere ei necessaria non querendo. Secundus gđus est vi-  
tam suam hostibus indefensam exponere. Tercius gđus  
est. hostes qui eum interimant pascere. Nos tres gđus  
stulticie habz qui sectat ocium. Vite enim eterne que futu-  
ra est non puidet. hostibus etiam suis sez vicijs et demoni-  
bus se exponit. ut iam ostendet. Hostes etiam suos nu-  
tric. quia ocio via nutrunt et impugnant. sicut et anse-  
res et etiam equi solent ocio impinguari. Et possumus assi-  
gnare. xij. stulticias. que sunt in homine ocioso. Prima stul-  
ticia est. qd ipse dyabolo locuz facit. conf illud apli. Nolite  
dyabolo locuz dare. Vnde videt dyaboli societatem amare.  
apud hominem occupatum non habz dyabolus ubi possit  
esse. quia res pfecte occupata. non est capax alterius rel-  
igio dicit Iero. Semper aliqui boni opis facito. ut te dy-  
abolus inueniat occupatus. Ex hoc vero qd aliquis in se dy-  
abolo locum facie. iam est indignus omni loco ppterq infer-  
no. Vnde ppcius locus ociosi est infernus sicut et dyaboli  
qd sic potest ostendi. ostar qd ociosus celo non recipietur  
celum enim merces erit tm eoz qui operarij fuerint. Vnde  
math. xx. Voca operarios et redde illis mercedem. In

paradiso etiam terrestri non recipietur. **Vnde gen.** ii. **eius**  
 sit dominus deus tu⁹ hominem et posuit eum in padiso vo  
 luptatis ut oparet⁹. In purgatorio etiaz non recipie⁹.  
**Vnde in ps.** In labore homin⁹ non sunt ⁊ cum homib⁹  
 non flagellabunt⁹. Ocioſi non laborant cū homib⁹. et ideo  
 non flagellabunt⁹ euz homib⁹ in purgatorio. **H** euz demo  
 nib⁹ in inferno. Ocioſus etiaz indignus est esse in mun  
 do isto. **Vnde luç.** xiiij. de fidelinea sterili. succide eam. vt  
 q̄ etiam terraz occupat. relinquitur ergo q̄ solum inferno  
 digni ſunt oicioſi. **S**eunda ſtulticia eſt. q̄ oicioſus in tali  
 ſtatu ſe ponit. q̄ brutis animalib⁹ inferior eſt quo ad hoc  
 qđ brutis animalib⁹ licetuz eſt comedere. homo vero oicioſ  
 ſo p̄hibet hoc apostolus. ii. ad theſſal. iii. dicens. **S**i q̄s  
 non vult opari nec manducet. **I** domo oicioſus eſt veld ho  
 mo mortu⁹. **Vnde ſcñ.** Ociū ſine litteris mors eſt et viui  
 homis ſepultum. ⁊ ecclastes. ix. Melior eſt canis viuius  
 leone mortuo. Leo mortuus eſt aliquis magnus oicioſus.  
 cui p̄ualet canis viuius id est aliquis vilis ſtrenue opans  
 ymo etiaz homo oicioſus eſt plus quaz mortuus. **Vnde in**  
 ep̄la uide dicit⁹ de quib⁹ ſam. q̄ ſunt arbores autumna  
 les. infructuose. bis mortue. **A**rbor in autūno plantata  
 qñ fructuz facit ſero facit illum. ſic aliqui dum ſani ſunt.  
 oicioſi volunt eſſe. ſed in articulo mortis tune p̄mo volunt  
 fructuz p̄ne facere. ideo freq̄nter accidit q̄ abſq̄z fructu  
 deceidunt. ⁊ tales homies infructuosi q̄li bis mortui ſūt  
 quia non ſolum mortis temporalis. ſed etiaz eterne ſūt debi  
 tores. in quo deterioris odictōnis ſūt q̄m bruta animalia.  
 Illa enim ſolaz mortez tempalem debent. **T**ercia ſtulticia eſt  
 qđ ex negligentia excolendi ſe fructuz ſuiipuis amittit.  
**S**i quis vineam haberet. in qua mille afimatas vini poſſet  
 colligere. valde reputaret ſatu⁹ ⁊ in felix ab omnibus. ſi  
 ex negligentia excolendi caz. fructū illum amitteret. fra  
 dt⁹ quem qui⁹ ſe colligeret. ſi ſe diligenter excoleret.  
 p̄ualeret vino regni vni⁹. q̄m ſatu⁹ eſt ḡ. q̄ ex negligentia

tantum fructum amittie. quem in se colligere possit. multum deberet ostendandi talis. Ideo dicit seneca. Turpissima industria est que per negligentiam sit. Turpissimam ideo vocat eam. quia est erubescencia plena. nemo est ita pauper qui de fructuoris sui ditari non posset si bene excoleret illud. Vnde p. xij. De fructuoris sui unusquisque replebit bonis. Ex ore suo possit homo colligere. viij. genera fructuum valde preciosorum. non solum per annum vel per menses. sed etiam singulis diebus. si quis bene excoleret os suum. Primus fructus est dei laudatio. Secundus est graciarum actione preciositas vero horum fructuum ex hoc manifesta est. q[uod] celestes arbores tales fructus ferunt. ibi enim sonat graciarum actione. et vox laudis iuxta verbum prophetae. Tercius fructus est oracio. cuius fructus preciositas manifesta est. ex hoc q[uod] ab angelis in celis defertur. Vnde thobie. xij. dicit angelus. quando eras eu[er]g[es] lacrimis. et sepeliebas mortuos ego obtuli orationem tuaz domino. non est vile exemplum vel donum. q[uod] a tantis nuncius deo presentatur. Ex virtute etiam orationis manifesta est preciositas huius fructus. de qua dicit gregorius. magna virtus orationis que effusa in terris in celo operatur. Quartus fructus est confessio. cuius fructus preciositas per hoc. q[uod] deus vult fructus istum semper ante se habere. Vnde in psalmis. Confessio et pulcritudo in aspectu eius. ostieuerunt diuites. quoniam diversi fructus portant ante eos. illum retinere ante se quae pre ceteris amant. Ideo autem dominus ita amat confessiones. q[uod] confessio efficaciter et custodit pulcritudinem. preciositas etiam huius fructus ex hoc per hoc. q[uod] nullus deo displicet q[uod] non placeat ei. si fructum humilis confessionis ei offerat vel etiam offerre proponat. Vnde in psalmis. Dixi oportet. adiuu. me in iudeo. m. d. et tu remi. impie. p. m. Latro dum in cruce humiliatus confessiones deo obtulit. a patibulo inferni se absoluuit. et regnum eternum meruit. Quintus fructus est modestia. que in hoc attendit ut homo modus ponat in verbis suis quo ad quamitatem. et ut loquatur qualia debet loqui scimus vera. et q[uod] ad dei

sunt gloriam et proximi utilitatem. et ut loquatur qualiter debet loqui se, non clamore. pretiositas huius fructus patet ex hoc quod legit in psu. **N**isi moderat sermones suos prudentis simus est. **S**extus fructus est abstinentia. cuius fructus precepsitas patet ex hoc. quod tanta virtutis est abstinentia. quod vitam hominis prolongat. **V**nde in ecclesiastico. **N**isi abstinentis est. adiciet virtus. talis virtutis dicuntur fuisse fructus arboris solis et lune. de quibus legit in hystoria alexandri. **S**acerdotes enim solis et lune. fructibus illis reverentes referuntur vixisse annis quadragesimatis absque lesionem. **S**eptimus fructus est fraterna eruditio. fructus istius specialiter ferre volunt ipsi lignum vite scilicet ipse filius dei. m. i. eam in ciuitates et viros proximos ut ibi predicem. ad hoc enim veni. **D**ecauus fructus est fidelis reclamatorem. quoniam homo videt iniurias inferri deo vel primo. **P**reciositas vero huius fructus manifesta est ex eius rareitate. pauci enim inueniuntur qui istius fructus habeant. **V**nde in psu. xx. multi misericordes vocantur. viri autem fideles quis inueniet. **V**idem quotidianie fratres nostros cambo dilacerari et non est qui reclamet inde a detractoribus. ymo plus est. videm ipsum deum a lusoribus crucifigi. et non est qui inde loquatur. illi qui solo verbo posse haec dei stumelias impedire. non curant de hoc loqui. **Q**uarta stulticia ociosi est. quod ipse se expositus absque defensione hostibus suis. ociosus est sicut signum ad sagittas. potest enim a demonibus vindicari sagittari. **V**nde potest dicere illud treu. iii. tetendit arcum suum et posuit me quasi signum ad sagittam. occupatus velut quidam clipeus est contra sagittas dyabolii. **V**nde poeta. **O**cia si tollas perire cupidinis arcus. est etiam ociosus velut castor absque muro. Veribus est dyaboli. vires adquiescentes habitantesque secure. homo vero occupatus. est velut castor bene clausus. **V**nde Aug. Non facile capit a temptatore. qui bono vacat exercicio. homo ociosus non tam vni hosti expotus est sed etiam pluribus. **V**nde habetur in vita patrum. quod dixerunt seniores

opantem monachiz demone vno pulsari. ociosuz vero in numeris spiritibus deuastari. **Quinta** stulticia est. qd cum ipse valde pauper sit. t nichil lucretur taz large expendit res valde p̄ciosas sez tempus suū. et bona sua naturalia. **Vnde** in hoc negocio nichil est dteri⁹ ocio. qd non solū noua non acquirit. sed etiaz parata cōsumit. **Sexta** stulticia ociosi est. qd ipse se facit quasi receptaculū omnī sorduiz. **Vnde** bñ. Ommū temptatōnuz t cogitatōnuz malaz. t muti liū sentina est ocuiz. In sentina sordes recipiunt in nauis bus marinis. sic cor ociosi qsi om̄es sordes recipit vicioz. Licet autē ocii origo possit esse omnū p̄ctōz. speciali-  
ter tam occasio est istoz p̄ctōz. sez luxurie. verbositatis nugaz. et curiositatis. t superbie. De p̄ctō luxurie habo m⁹ ex⁹ in dauid. qui duz occupat⁹ fuit bellis continēs. Fuit. postea vero tempus ocij adulteriuz omisit. Ut legi-  
tur. iij. rez. xi. Salomon etiaz dū occupat⁹ fuit circa tem-  
pluz t alia edificia. non ita infatuat⁹ fuit in amore mulie-  
ruz. vt postea qn fact⁹ est ociosus. Poeta etiaz dīc. Quae  
ritur eḡstus. quare sic factus adulter. In p̄mptu causa  
est. desidiosus erat. Et ezech. xvii. hoc fuit iniquitas so-  
dome sororis tue supbie. saturitas panis. abundantia. t  
ocii. De verbositate t curiositate legitur. j. ad thim. v.  
**Adolescentes** viduas deuīta. t subdit⁹. discunt em⁹ circu-  
ire domes. non solū ociosi. h̄ etiaz vbose t curicse loq̄ntes.  
que non oportet. De nugis vero dicit beatus bñ. Ociosi-  
tas est mater nugaz. nouerca virtutū. De superbia vero  
dicit⁹ in ps. In labore hominū non sunt t cum hominibus  
non flagellabunt⁹. ideo tenuit eos superbia. **Septima** stul-  
ticia ociosi est. qd ipse secum vult habere qui eum de malicie  
instruat. vnde si sapiens sit non faciet mala. **Ociositas**  
quasi quedaz magistra malicie est. **Vnde** eccl. xxxij. Ser-  
uo maluolo tortura t opdes. mitte eum in operitō nez ne  
vace. multam em⁹ maliciaz docuit ociositas. **Octaua** stul-  
ticia ociosi est. qd cū ipse sit submersus in p̄fundo stulticie

siue malicie. non vult tamen porrigitur manus ad labores. licet aliter euadere non possit. **Vnde** seū. a stulticia nemo emergit. nisi manus porrigitur ad laborem. **I**domo ociosus qui non vult se occupare ut a pētō possit exire. tali stulticia laborat qua laboraret ille qui cecidisset in aquaz profundaz. et pigritaret manus porrigitur ad arborez sibi proximaz. euz tamen aliter non posset a naufragio liberari. occupato bona. lignū vite est his qui apprehenderint eaz. et frustra laborat ociosus ad execunduz a peccatis nisi se occupet. **N**ona stulticia ociosi est. qd ipse quiescit qn laboranduz esset sez in p̄senti. et ideo laborabit qn esset quiescenduz sez in futuro. in quo similis est illi qui dicit psa. xiiij. sedebo in mōte testamenti in lateribus aquilonis. cui dicit beatus bñ. **D**impudens et imprudens. milia milii ministrant ei. et decies centena milia asistebant ei et tu sedere p̄sumis. mūdus iste locus laboris est. **Vnde** Job. v. **I**domo nascit ad laborem et aius ad volanduz. **Vnde** dictuz est ad adam qn erit ei ciendus de paradiſo et ponendus in terra ista. In sudore vult tuus vesceris pane tuo. **D**ecima stulticia ociosi est. qd ipse vult deuz quodammodo p̄ire. dum sol vult quiescere et non laborare. cu domīnus sex die bñ operat sit. in vii. requieuerit. **Vnde** gen. ii. compleuitqz de die. vii. opus suuz qd fecerat. et requieuit ab omni opere qd patravit. **V**ndecima stulticia ociosi est. qd ipse refugit illud qd est iocunditas et sanitas. tam anime qm corporis sez moderatur laborem. **D**uodecima stulticia ociosi est. qd ipse diligit illud vnde dei maledictionem incurrit. et vnde in universitatem vicioz incidit. **A**d pmū pertinet qd legit math. xxi. de fineulnea qm domīnus maledixit. ideo qd est sine fructu. **A**d scdm pertinet illud verbum. bñ. **S**uma mentis malicia est ocūi m̄mers. **S**equuntur videre quare potius reprehensibiles sint. qui tempore gracie sunt ociosi. qm qui fuerūt ante ociosi. Illos reprehendit paterfamilias. quos ociosos inuenit. xij. hora. per quos significant illi qd sunt ociosi in tpe

gracie. Et possunt sup hoc quatuor causas assignari. Prima causa est hoc. q dñs dedit nobis formam iam laborandi et exempluz. Vnde ad phil. ii. eximamuit sicuti p̄m formaz serui accipiens. Magna superbia esz. si vellet quiescere seruus ex quo laborat dñs. Vnde math. x. Non est discipulus super magistrum nec seruus super dominum suum. Secunda causa est. quia tempore gracie sumus serui empti. et ideo magis ad labores tenemur. Vnde apostolus. Empti estis pretio magno. Tercia causa est. quia melior merces nobis permittitur. inde pmittebat terra. nobis vero pmittebat celum. Vnde math. iii. Pemittentiaz agite. appropinquabit enim regnum celorum. Quarta causa est. quia eti spualibus qui erant in veteri lege. pmitteretur regnum celorum sub figura terre pmissionis. tñ illa multum illis differrebat. non enim accesserunt mercedem suam usq post passionem xp̄i. nimis erat longa via in paradisu. qn oportebat ire per infernum. H modo in momento uno luerat aliquis paradisu. ut cum post rez baptismi decedit. vel cum post tantam occidit. que sufficiat ad deletiōem culpe et pene. Vnde bñ. in psalma ecclesie. Labor meus vir est vni hore. eti amplius pre amore non sencio. Vnde luç. xiiij. Misit dñs seruum suum horacene dicere iniutatis ut venirent. quia iam parata sunt omnia. Idora cene est tempus gracie. in quo omnia sunt para ta. qz nichil amplius necesse est ad hoc. q aliquis ad eternam cenam introducatur. nisi q manus suas lauerit id est purgatus pfecte fuerit. Sequitur videre q attendendum sit in occupatōne qm aliquis eligit. Tria autem attendenda sunt circa eam scz q occupat. Vnde Jeroy. Semp aliquid boni facito. ut te dyabolus inueniat occupatum. et ut tenuis remoueat. iuxta illud verbum seū. Occupatōne bonarū arcuiz occupandi sumus. quociens male habet inherētia impaciens sui. et ut utilitatem habeat. p vitando enim ocio ociosa sc̄tari. ridiculum est ut dicit bñ. id est. non tam modo agendum est. ut cum aliqua delectatione vel sine

287

grandi nausea dies transigatur. ¶ Et ut etiam de pacta dieta  
ad pfectus mentis semp aliquid in conscientia resideat. ali-  
qui d in thesauꝝ cordis q̄tidie ogerat. magis attenden-  
dū est etiaz in occupatōe q̄ occupet aīm q̄ q̄ occupet cor-  
pus. Item h̄m bñ. meliora sunt exercicia spūalia q̄m cor-  
poralia. et inter corporalia melius est q̄ silius est spirituali-  
bus ut scribere. Et notanduz q̄ qui dām nolunt operari. q̄z  
hoc sibi dedec̄ reputant. credunt enim honorabiliores bur-  
genses esse illos qui nichil agunt. nisi q̄ comedunt et bi-  
bunt. et alijs delicijs intendūt. Sed eadem ratione por-  
cos possunt pferre equis et ceteris animalibus qui nichil  
agunt. nisi q̄ comedunt et bibūt. et in veritate tales homi-  
nes p̄r porcos etiaz significant math. viij. ubi dicunt de  
mones domino. si eicis nos hinc mitte nos in gregem por-  
cos.

**D**e vicio dilatōnis. ¶ Quintuz ca<sup>o</sup>.

**D**equit de vicio dilatōnis. quo vicio multuz labo-  
rat genus humanū. Vnde sc̄i. Nemo quicq̄ ha-  
bet facti. in futuꝝ enim nostra distulim⁹. Et no-  
cet hoc vicuꝝ multuꝝ homini. Vnde versus. Et nocet et no-  
ciuit semper differre paratis. Itz qui non est hodie cras  
minus aptus erit. Due autem sunt species dilatōnis. que  
multum nocent homib⁹ sez dilatō ouersionis et dilatō con-  
fessionis. de quibus modo psequemur. De prima legitur  
eccl. v. non tardes ouerti ad dominū. et ne disperdas de die  
in diem. subito enim veniet ira illius. et in tempore vindicta  
disperdet te. Et eiusdem. xvij. Ne demoreris in erro-  
re impior⁹. et xxj. Fili peccasti. non adicias itz. Et de pri-  
mis depare dominū ut tibi dimittant. Ad eandem dilatōez  
potest referri illud ysa. xxvij. Erit eis verbuz domini  
manda remanda. manda remanda. ex pecta reexpecta. ex  
pecta reexpecta. modicum ibi. modicuz ibi. ut vadant et  
cadant retrosum et derulant. Verbuꝝ domini multis est  
occasio huiōi derisionis. multi enim qn̄ admonentur de sua  
dissione rindent dño ad min⁹ facto sic. māda remanda et.

Lauda h̄m

Hoc peccat dyabolus ut dum differunt venire ad deum.  
 vadant ad infernum. et cadant retrofū id est improuse moriantur. et occantur id est irrecupabiliter damnentur. Ad ean  
 dem dilatōnem p̄tinet illud verbi⁹ augustini loquentis ad dñm. non erat q̄ tibi respondere dicenti michi. surge qui  
 dormis. nisi verba somnolenta et lenta. modo. ecce modo. si  
 ue paululuz. sed illud modo non habebat modum. et illud  
 paululuz ibat in longuz. Itēz aug⁹. de eadēz dilatōe. differe  
 rebaz de die in diez vuiere in te. et non differbaz in memet  
 ipso mori. et illud seū. Cūndaz tunc vuiere incipiūt. cum  
 desinenduz est. q̄daz autēz desierūt aīḡ incipere. et illud  
 sopho. iiij. vox cantantis in fenestra et coruus in suplimari.  
 domīn⁹ stat ad hostiuz dom⁹ pētōris et pulsat. Vñ apōc.  
 iii. Ecce sto ad hostiuz et pulso. si quis audierit vcez me  
 az. et aperuerit michi ianuaz ītroibo ad illuz. **C** Duo ve  
 ro sunt q̄ impediūt ne domīn⁹ intret ad pētōrez. Primuz  
 est hoc. q̄ pētōr habz oculuz ad p̄spem et leta. cum poci⁹  
 deberet habere ad tristia sez picula que sibi īmimēnt. Vñ  
 ecclias. viij. Cor sapientium vbi tristitia est. et cor stultoruz  
 vbi leticia est. et ista cogitatō d̄r in p̄dicto vbo sopho. vox  
 cātantis in fenestra. et impedit ne dñs ad pētōrez intret.  
**E**x hēm⁹ de b̄ in ciuitate ierusalem q̄ oculuz hēbat ad leta  
 Vñ gaudebat cū dñs fieret p̄ ea. Vñ luc. xix. Vidēs ihs  
 ciuitatez fleuit sup eam. dicens. qz si cognouisses et tu.  
 Et q̄dez in hac die tua q̄ ad pacez tibi. **S**ed d̄m q̄ impedit  
 ne dñs intret ad pētōrez ē perstinatō. et ista perstinatō ē  
 velut coru⁹ īsuplimari. dicens dño pulsanti ad hostiū.  
 eras eras. puenit aut̄ ista perstinatō ex hoc q̄ pētōr re  
 promittit sibi lōgaz vitaz. Vñ eccl. xxix. repromissio neq̄  
 suma m̄l̄tos p̄ didit. ymo etiā in otumelia īpī⁹ largitoris  
 expēdit. et futurz tp̄ in otumelia ei⁹ es p̄dere dispoit. q̄  
 frōte ḡ p̄sumit q̄ d̄⁹ q̄ ista nouit dēat sibi lōgaz vitaz dare  
 Ad hanc dilatōez etiaz p̄t referri q̄ legit̄ p̄u. iii. Ne di  
 cas amico tuo. vade et eris reutere. cū statim possis dare.

209

**C**uius valeant ad conuercionem accelerandam.

**L**ato vero sūt que deberent homīnes mouere ad accelerandam ouersioneꝝ. Primuz est mortis incertitudo. **A**nde luē. xii. Estote parati. quia qua ho-  
ra non putatis si. ho. ve. Et mat̄h. xix. Veniet dominus seruū illius in die qua non sperat. et hora qua ignorat. Et iteꝝ luē. xii. dicit̄ illi qui dicebat aie sue. **A**nima mea multa bona habes reposita in annos plurimos re. co. Et. **S**icut  
hac nocte rep̄tent animaz tuam a te. que autem parasti  
cuiꝝ erunt. et ecclias. ix. nescit homo finez suuz. si sicut pi-  
sces hamo. et sicut aues ὄphendunt laqueo. sic capiunt  
homīnes in tempore malo. Et señ. **N**escis quo loco te mors  
expectet. ideo tu eaꝝ omni loco expecta. cum nesciat homo  
quo loco mors debeat ei occurrere. nesciat homo quo loco  
eaꝝ magis debeat expectare. in omni loco expectanda est.  
**A**nde señ. Juuenes mortez habent a tergo. senes añ oculos.  
licet illud non videat qđ a tergo est. nichilomin⁹ tñ  
nocere potest etiam amplius quaz qđ est ante oculos. sic  
mors iuuemibus timeuda esſt ut sc̄mitus. licet illi non ad-  
vertant. et hoc est vnum qđ multum deberet homīnes moue-  
re ad acceleratōneꝝ conuercionis. qđ tot homīnes defundi-  
sunt. qui bene p̄ponebant se quandoqđ facturos peniten-  
tiam. et preoccupati morte non fecerunt. nec de cetero vi-  
quam facient. nimius est thezaur⁹ quez fatuus homo tan-  
to discrimini subicit duꝝ differt ouersioneꝝ suaz.

**E**cundo deberet homīnes mouere ad acceleratōneꝝ conuercionis. multiplex bonum qđ p̄uenit in de. de  
quo bono legit̄ treñ. iii. bonū est viro cuiꝝ portauet  
rit iugum domini ab adolescentia sua. **D**ecto vero bona sunt  
que sequuntur ex hac acceleratōne. Primuz est quod bo-  
nitas alcius et profundius infigitur eo qđ inuenit subie-  
ctum magis tenerum. **A**nde versus. Quo sensel imbuta  
est recens seruabit odorem. Testa diu. Secundum est.  
quod homini iocundum est bene vivere. **A**nde sapiens.

Optima forma viuendi elegenda est. q̄ iocundū reddet  
 assuetudo. ante assuetudinez molestuz est equis ambulare  
 adeo ut oporteat vincula ponī in pedib⁹ ecz. postq̄ vero  
 obueti fuerint facile est eis. Similiter pueris in principio  
 molestū est addiscere. adeo q̄ verberib⁹ oporteat eos ad b⁹  
 opelli. postq̄ vero obuerint. amore fr̄az p̄iam suaz re-  
 linquunt. et multas paupertates et molestias sustinent ut ad  
 discere possint. Sic bene viuere q̄ p̄mo homiez molestat.  
 p̄ assuetudinez fit homini iocundū. Terciū bonuz est q̄ ho-  
 mo secure viuit. Vnde sc̄n. Pulez est ante mortez obsuma-  
 re vitaz. Deinde expectare secure reliquaz t̄pis partez. De  
 hac securitate legitur p̄. xv. secura mers quasi uige con-  
 tinuz. Quartuz bonuz est. q̄ homo deo duci⁹ scriut et di-  
 uci⁹ bene viuit. Vnde Aug⁹. Quid differe in cristianuz  
 longa vita erit si ipsa vita bona sit. utiqz si longā erit me-  
 lius bona erit. In veritate q̄nto habitur⁹ es longiorez vi-  
 taz. tanto ampli⁹ desiderare debes ut bona sit. sic aliquis  
 q̄nto amplius habet de vino. tanto amplius desiderare de-  
 bet ut bonuz habeat. et amplius displicet sibi si corru mpa-  
 tur. Quintum bonum est. q̄ gratus est scriuicuz ecz deo  
 qui cito ad eum conuertunt⁹. Illi enim de puro et optimo  
 vite sue. et quasi de Hore et virginē deo offerunt. qui autem  
 tarde volunt conuerti. quasi feces deo reseruant. qui time-  
 re possunt ne de fecibus calicis ire domini bibant. iuxta il-  
 Ind p̄. fer eius non est exinanita bi. o. p. e. Isti de vita  
 sua p̄mo offerunt q̄ pulcri⁹ est et melius in ea dyabolo vel  
 mundo tanq̄ domino. reliquias vero volunt dño offerre  
 illud sez de quo mundus non curat. cuz en ea optima et ele-  
 cta debet esse. Vnoꝝ in ecclesiastico. fili si habes bñfae tecū  
 et dignas deo oblatōnes offer. et in libro muoz. Omnia que  
 offeretis de decimis et in donaria domini separabitis. opti-  
 ma et electa erunt. De illo qui q̄ deterius est deo offert  
 dicit dominus in malachia. offer illud duci tuo si placue-  
 rit ei. ac suscepit faciem tuam dicit domin⁹ exercituz.

29i  
✓

Et iterum ibidem. male dictus qui habet in grege suo masculum. et vocum faciens immolat debile domino qui rex magnus est. dicit dominus exercituum. precipue placet deo seruicius uiuenum. Unde dominus math. xix. Similiter puulos venire ad me. et nolite prohibere eos. et xxiiij. non quia legistis. quia ex ore infantium et lactentium profecisti laudem. Sextum bonum est quod homo moritur certitudine spei et salute sua. econtra incertus moritur qui in fine penitet. Unde augustinus. si quis positus in ultima necessitate voluerit accipere penitentiam. et accipit et hinc vadit. fateor vobis. non ei negam quod petit haec non presumimur. penitentiam dare possumus securitate vero non. Non dico damnabitur haec nec dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari. age penitentiam dum sanus es. si sic agis. ego dico tibi quod es securus. cum penitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. Si vis agere penitentiam quando peccare non potes. peccata te dimiserunt non tu illa. Item Augustinus. Due res sunt. aut ignoratur aut non ignoratur. quid horum futurum sit tibi nescio. tene certum et dimittit incertum. Septimum bonus est. quod ignis purgatorum evitatur. licet ille qui tarde conuertitur saluetur. sic tamen salutem erit quod si per ignem. id. ad cor. iij. Octauum bonus est maius premiu[m] recipit. hoc enim deus unum melius remuneret eos qui sibi duci sunt huius erunt. et licet saluet qui tarde conuertitur si vere tamen sicut ille quod cito conuertitur. cum in domo prius celestis mansiones multe sunt.

**D**e mala obuetudine  
Ercio deberet homines mouere ad acceleratores duces  
sionis magnum piculum male obuetudis. quod piculum  
manifestari potest ex diuersis testimonijs scripturarum  
quod subiungentur. Legitur iob. xx. ossa eius implebuntur vicinis ad  
lescetie eius. et cum eo in puluere dormiet. Vicia adolescen-  
tie si homo in his permanueret. sunt silia gutte quod ossa subintrantur  
que vix curatur. unde talia vicia non relinquit hominem  
dum vivit. Unde pueriorum. xxiiij. proverbiu[m] est. Ado-  
lescens iuxta vias suas. etias cu[m] senuerit non recedet ab ea.

Vnde narrat hystoria grecorū. q̄ alexander magnus erere  
 non potuit morib⁹ ⁊ in cessu leonidis pedagogi sui. ⁊ vi-  
 ciis quibus parvus fuerat infect⁹. Et in jeremias. xiiij. Si  
 mutare potest ethiops pellem suam. aut pardus varia-  
 tes suas. ⁊ vos poteritis benefacere cum didiceritis ma-  
 lum. a medicis etiaz dicit⁹. q̄ consuetudo sit altera natu-  
 ra. De natura autem dictum est. naturam expelles furca  
 tamen usq; recurret. Et secundus aug⁹. dum consuetudi-  
 ni non resistitur fit necessitas. Quancū sit periculum male  
 consuetudinis ostendit nobis glosa super matth. xxvij. vbi  
 petrus in prima negatione dicit. Nescio quid dicis. in se-  
 cunda cum iuramento negat. in tercia detestat⁹ et iurat⁹.  
 q̄ non nouerit hominem. Perseuerare in peccato ut dicit ibi  
 glo. dat incrementuz sceleruz. et qui minima spernit ead⁹ it  
 in maiora. Ad ostendenduz etiaz picula male consuetu-  
 dinis valere possunt que d lazaro legunt̄ ioh̄is. xi. Lazarus  
 enim figuraz tenet eoz. qui sunt in peccato male consue-  
 tudinis. de quo dicit martha. domine iam fetet. lapis eti-  
 am ei erat superpositus. Ligatus etiam erat manus et pe-  
 des institis. ⁊ facies eius erat velata sudario. Et ista q̄tu-  
 or spiritualiter reperiuntur in homine qui est in peccato ma-  
 le consuetudinis. Natura em⁹ ipsius quasi corrupta est a-  
 do ut ei sapiente que debuerunt ei deo. ⁊ ea despiciant⁹  
 que debuerūt ei sapere. Vnde fetidi sunt coram deo et an-  
 gelis eius. sicut corpora corrupta hominibus facta sunt. Vn-  
 de in psalmo. Corrupti sunt ⁊ ab hominibus facti sunt in  
 iniquitatibus suis. nimis tarde adhibetur sal. vel mirra pe-  
 nitentie hominibus qui sunt in peccatis consueti. sicut ear-  
 nes tarde sale conduntur que iam scaturiunt vermibus. Ho-  
 mo etiam qui est in peccato consuetudinem. habet velut ma-  
 gnū lapidem supra seipsum positum. scilicet ipsam mas-  
 lam consuetudinem. Vnde sup̄ Ioh̄. xi. dicit glosa. q̄ dñs  
 tremuit lacrimat⁹ est. ⁊ clamauit. q̄z difficile surgit quez  
 moles male consuetudinis premit. Homo qui in peccato

male ſuuetudinis eſt. ſimilis eſt illi qui in puteo cecidit.  
 ſuper cuius os magnus lapis eſt poſitus. **Vnde** in ps. Non  
 me demergat tēp. a. neq; abſor. me pfun. neq; vr. ſup me  
 pu. os. **T**empeſtas aque hominem demergit. in conſenſu  
 peccati mortali. pfundum abſorbet. euꝝ pctō peccato ad  
 ditur. puteo vrget os ſuuz. quando homo in ſeruitutem  
 male conſuetudinis redigit. manꝫ vero et pedes habet ta  
 lis ligatos iſtitis. ppter magnas diſſicultatez ad bene ope  
 randuz que in eo eſt. **Vnde** aug. Ligatus eram non fer  
 ro alieno. ſed mea ferrea voluntate. **F**aciez etiam habet ve  
 latam ſudario. quia ex hoc q; diu in tenebris pctōz fuuit.  
 ſpiritualez viſuz amifit. **H**omo peccatis affuetus eſt velue  
 equus effrenis qui eſt in curſu. nec defacili potest retineri  
**Vnde** ſe. viij. Nullus eſt qui penitentiaz agat ſuper pēto  
 ſuo. dicens. q; feci. ſed omes ouersi ſunt ad curſum ſuum  
 quaſi equus impetu vadens ad pluꝫ. In quanto pīculo ſit ca  
 lis homo ostendit ps. ibi. **N**ie illorū tenebre et lubricum  
 et angelus domini perſequens eos. mir eſt ſi non ea dat. q;  
 per viaz tenebroſaz et p̄cipitez et lubricaſ vadiſ. et incellan  
 ter impelliſ a forti tempeſtore. euꝝ ipſe ſit debiliſ. **V**ere  
 potest dicere illud. Domine vim pacior. et trahi videt ab  
 ipſa ſuuetudine ad interituz. **Vnde** pū. xxix. et qui trahū  
 tur ad interituz liberare ne ceſſes. Peccatuꝫ ante ſuuetu  
 dinez eſt ut funiculus. ymo ut filia ſtupeſ ſuuetuſ ſta  
 tus in quo eſt poſt ſuuetudinez. **Vnde** yſa. v. Ne qui tra  
 hitis iniquitatem in funiculis vanitatis. et quaſi vinculuz  
 plaustri peccatuꝫ. Peccatuꝫ conſuetudinis eſt velut vim  
 culum plaustri. q. x. boues id est. x. p̄dicatores vix rumpe  
 re poſſent. **N**on dicit glo. ſup illū locū. merito iniquitas  
 in funiculis vanitatis erabitur. quia peccata peccatis con  
 nectunt et iama ſunt ut fila araneaz. Si exire volimus  
 tanq; vinculiz ſolidiſſimiſ te nemur. **P**ermetiaꝫ ſuuetudi  
 nis eſt velut languor inueteratus. qui difficile curatur.  
**Vnde** ecclæſtici. x. Languor plixioꝫ grauat medicum.

Sed breuez languorez precidit medic⁹. Itēz in ecclesiasti-  
co. xviii. an̄ languorez adhibe medicinaz. Et seū. mīn⁹ ne  
gocij haberet medic⁹. si ad recens vulnus medelam adhi-  
beret. Nemo difficulter ad naturaz reducit⁹. nisi qui ab il-  
la defecerit. et math⁹. ix legit⁹. q̄ discipuli non potuerunt  
expellere malignuz spm a quodaz. in quo fuerat ab infan-  
tia. Et basilius magn⁹ dicit. q̄ sic non pōt aliquis dedi-  
scere mīnam līnguaz. sic vix longam peccati ūsuetudinem.  
tanta est vis consuetudinis. vt q̄ homo ūsueuit facere  
vigilans. q̄nq̄z facit dormiens. et q̄ ūsueuit viuens. inter-  
duz faciat moriens. Vnde refert⁹ de quodam medico eū  
debebant⁹. xiiij. libre ad tres annos soluende. q̄ euz labora-  
ret in extremis. ⁊ amonereſt vt ūsiteret⁹ ⁊ eukaristiaz fu-  
meret. nichil aliud ab eo poēant extrahere nisi. xiiij. libras  
ad tres annos soluendas. ⁊ sic loquens expirauit.

Quod ouersio dilata sit difficilior accelerata facilior.

**Q**uarto deberet mouere homines ad accelerationem  
ouersionis. hoc q̄ ouersio dilata difficilior est ac-  
celerata vero facilior. Vnde beda sup luç. Dyabo-  
lus q̄to diuci⁹ possidet tāto difficiili⁹ dimittit. ⁊ iterz. q̄n  
to eici⁹ tanto facili⁹ dyaboli dominuz eiūtat⁹. sicut optim⁹  
mod⁹ occiden di serpentez materialez est p̄ otritōem ca-  
pitis. sic optim⁹ modus vīncendi serpente īfernalem est  
p̄ otritōem capitis iphi⁹. tunc caput eius oterit⁹. cum in  
p̄incipio ūflet⁹ ipē deuincit⁹. Vñ dominus diē ad serpen-  
tez de muliere. Ipsa oteret caput tuuz. Et Jeromimus.  
Lubricus est antiqu⁹ serpens. ⁊ nisi capite teneat⁹. statim  
illabit⁹. Et eccl. xxv. Non est caput nequius super caput  
colubri. et cañ. ii. iubet dñs capi vulpeculas. Et. j. reg.⁹.  
xvij. Legit⁹ dauid pēussisse goliaz in fronte. ⁊ sic euz inter-  
fecisse. In fronte dyabolū p̄cutit. q̄ in p̄incipio vite ūe euz  
deuincit. h̄ velud in calcaneo vult euz p̄cutere. q̄ in fine vi-  
te ūe querit eum vīncere. Phārao autem populum iūdeo-  
rū in morte primogenitorum dimisit. vt legitur exo. xij.

per alias plagas non dimisit euz. nec dyabolus populum  
 cristianuz pfecte dimitet. donec ecclesia studeat correcti  
 omni paruulorū. et laboret ad interficienduz peccata duz re  
 centia sunt. **D**uodecim vero sunt. que faciunt ad hoc q̄ con  
 uersio dilata sit difficilior. **P**rimuz est induratio. puerilis  
 em̄ etas tenera est. & susceptibilis imp̄issionis. semilis vero  
 dura est. **V**nde eccl̄. xxx. curua ceruicem filij tui in inuen  
 tute. & tunde latera eius dum infans est. ne forte induret  
 dñe adduci si curua est. cravatam vero postq̄ desiccata est.  
 Si curua sit impossibile est ad rectitudinez reduci. sic par  
 uuli corrigi possent. si diligentia debita adhiberetur. **D**e  
 semib⁹ vero in malitia sua induratis. non multū speranduz  
 est. om̄is mal⁹ anim⁹ pulsq̄ indurescat malitia eius. molli  
 ri potest. sed postqm̄ indurauerit desperanduz est id est non  
 multum sperandum. **S**ecunduz faciens ad difficultatez  
 conuersionis. est hoc q̄ contrarium gracie dei iam occupa  
 patuit hominez. ideo dei gracia difficultius in eo recipit. sic  
 materia que habet aquam difficultius accipit ignem. qz ignis  
 inuenit ibi q̄ sibi repugnet. sicut est manifestū in can  
 dela mafacta. **D**efacili capiē castiz in quo nullus repu  
 gnat. & defacili vestis rectam formaz suscipit. que nōdum  
 prauaz suscepit. in paruulis vicia nondum sunt. vel si sunt  
 parua sunt. ideo defacili possunt extirpari. **I**deo dicit in  
 ps. Beatus qui tenebit & allidet puulos suos ad petras.  
**T**ercio facit ad hanc difficultatē. hoc q̄ ille qui dui diste  
 lit conuerti. dissipauit in se bona nature. virtutes enim na  
 turales quas habebat in puericia amisit. scilicet virginita  
 tem. innocentiam. humilitatem. ppter quas virtutes dicit  
 dñs math. ix. **S**inice puulos venire ad me et nolite prohibe  
 re. taliū em̄ est regnuz celoz. sez illorū q̄ hñt p grāz. ea q̄  
 hñt puuli p naturā. facilis est aliquē ditari q̄ntū ad diuini  
 as hñi seculi. q̄ h̄z multa bona sibi dimissa a pentebo. qm̄  
 illum qui bona paterna iam osumpsit. **S**ic paruulus qui

296

bona nature bz. Facili? ditari potest diutijs spiritualibz.  
quaz ille qui peccando bona nature osumplit. **D**uarto fa-  
cit ad difficultatez hanc. hoc q̄ ille qui differt ouerti ha-  
bet vas min? ydoneuz. cui dom? libenter infundat balsa-  
muz gracie sue. **V**erisimile em? est q̄ vas cordis q̄ diuci?   
immundiciaz peccati continuit. ad grām suscipienda? minus  
sit ydoneuz. null? libenter infundit balsamuz vasi qd̄ diu-  
tinuit lutū. **Q**uinto facit ad difficultatem istaz. hoc qd̄  
qnto aliquis diuci? in peccato manet. tanto ampli? onera-  
tur peccatis. qz pētō quod per pñiam non diluitur. suo  
pondere ad aliud trahit. **N**on onus t pene t culpe crescit  
in pētōre. t ideo min? semp pōt surgere a pētō. precipue  
euz ipē semp debilioz fiat. t hoc est vnuz vnde multuz appa-  
ret. qm stulti sint illi qui differunt ouerti. ille em? q̄ non  
pēt leuare on? pētōz qn? min? est. quomodo leuabit illi  
qn? manus erit. **V**nde legit in vitis patr? q̄ beatus arsem-  
ius qui habitauit in heremo sicie. talez vidit visionez. **V**e-  
nit ad eum vx dicens. egressore et oñdam tibi opa hoim.  
t egressus vidit ethiopez nig? euz securi cedentez ligna  
t facientez grandem sarcinaz. t temptabat leuare eaz. et  
pre magitudine non poterat. t iteruz cedebat alia ligna.  
t addebat sarcine. ex posuit ergo ei hanc visionē dicens.  
q̄ cedebat ligna. t adhuc sup sarcinaz addebat homo est.  
qui est onerat? multis pētis. t semp addit alia pētā. eu  
oporteret ea deponere et demere. **T**ali faciuitati laborat q̄  
differt agere pñiam vsq; ad senectutez. quali laboraret il-  
le q̄ h̄t et q̄tuor iumenta t onera eis insufficiencia. t impo-  
neret onera q̄tuor iumentoz debilioz ex illis. **H**ic homi-  
nes senio q̄ est debilissima pars vite homis. totuz onus vi-  
te volunt imponere. **S**exto facit ad difficultatez ouersio-  
nis. hoc q̄ qnto aliquis in pētō diuci? morat. tanto am-  
plus a deo elongat. non est verisimile q̄ ille q̄ non cessat se  
elongare a deo. q̄ p. xl. annos posset de facili in. viij. vel in  
xv. diebus in quibus durat infirmitas. ad daim redire.

licet hoc possit accidere quando ventus spirituſſandi plaz  
 cuerit afflare alicui. & raro accidit. i deo scriptum est. qui  
 elongant ſe a te peribunt. & in yſa. Inuocate eum duz ppe  
 eſt. ſed ſolet dici qd tantum eſt a ſancto dyomifio vſq; ad  
 vrbe pariſienseſ. qntuz ab vrbe pariſienſi vſq; ad ſanctū  
 dyomifū. Sic qui longo tempe ſe adeo elongauit. non niſi  
 ſi longo tempore ad deuz rediſt. niſi deꝝ valde magnaſ gra  
 ciaz ei facere voluerit. Septimo facit ad difficultatē con  
 uerſionis. hoc q homo circa morteſ multa habz impediſme  
 ta ſez infirmitateſ & ſollicitudineſ & diſpoſitione dom⁹ ſue  
 que non pmittunt hominem cogitare de anima ſua. Vnde  
 Iero⁹. Duꝝ infirmitate opprimeris nichil aliud potes co  
 gitare q ſentis. Et aug⁹. mors vrget. peccata terent. ux  
 or & filij quos amauit ad ſe wocant. Detrauo difficile con  
 uertiſ talis quia iuſtū eſt ut a deo ſtemnat moriens. ille  
 qui eum ſtemplit viuens. Vnde yſa. xxxiiij. Ve qui ſper  
 mis. nonne et ipſe ſperneris. & Jo. crifo⁹. hac animaduer  
 ſione peuitiſ impius. ut moriens obliuiſeat ſui. qui dum  
 viueret obliuſus eſt dei. Nono difficile couertiſ homo. qui  
 diſſert ouerti vſq; ad morteſ. quia tunc magis dyabolus  
 impugnat hominem. ſciens quia ſi tunc homineſ amiferit  
 de cetero euz non recuperabit. Vnde gen. iij. dicitur ſerpen  
 ti. Tu iſidiaberis calcaneo eius. In calcaneo qui eſt ex  
 trema pars hominis. intelligit finis vite. cui dyabolus ma  
 xime iſidiat. tunc enim ſumuz ſtudiū & laborem impone  
 ut hominem deuincat. Interduum. xx. annis pui det dyaboloſ  
 lus ante morte. vnde hominem in morte detineat. facit emiſ  
 homineſ aliquid iuſte acquirere. q in morte non vult re  
 ſtituere. Vnde magna eſt fatuitas eoꝝ q ita preſumunt  
 q in morte ouertant. & q tunc dyabolus deuincant. quan  
 do ipſe melius pparatus eſt ad prelium. Similes vident  
 esse illi qui ludens ad ſeачos & paꝝ de ludo ſciens cogi  
 taret apud ſe. ego pmittaz michi familiaz auferri. demde  
 in fine mactabo illuz. cum quo ludo in angulo. cum tamen

298

sciret illuz eum quo ludit peritissimuz esse insorem. **V**elut  
impius lusor est peccator. qui semper in temptatōmbō sic  
cumbit. qui familiaz virtutū amisit. **V**elut peritissim⁹ lu  
sor est dyabolus. qui ab inicio mundi exercitatus est in lu  
do temptatōnuz. qua p̄sumptōne ergo confidit peccator  
q̄ in angulo debeat euz mactare idest in fine vitt sue vñcere  
p̄cipue euz sine deo nichil possit facere. et dei auxilio adeo  
indignuz se fecerit. vt non soluz non sit dignus adeo adiu  
uari sed irrideri. **V**nde p̄ u. i. **N**ocauī t rennū stis. t sub  
iungitur. **E**go quoqz in interitu vestro ridebo. **D**ecimuz fa  
ciens ad hoc. q̄ ille euz difficultate ouertatur qui cōsue  
uit peccare. est amaritudo quaz inuenit euz attemptat bo  
nuz operari. **E**x diuturna enī infirmitate in qua fuit ama  
ritudine inuenit. vbi debuit inuenire dulcedimez. **V**nde  
aug⁹. palato egro pena est panis. qui sano est suavis. et  
ceulis egris odiosa est lux. que sanis est amabilis. **I**nuen  
ta autē amaritudine in bono opere q̄ attemptat statim di  
mittit illud peccator. ad moduz hymie. que gustata exte  
riori amaritudine nucis. tam cito eaz proicit. t ideo ad dul  
cedimez nuclei non peruenit. **S**ic peccator ad dulcedime  
premij. vel spiritualiū solatōnuz non puenit. quia dimic  
tit bene operari. quando inuenit aliquam difficultatez in bo  
no opere. **A**maritudo ista significata est per amaritudinez  
illarum aquarum. quas inueniunt filii israhel de egipto  
reuertentes. vt legitur in exo. xv. que dulcorate fuerunt  
cum lignū misissent in eas. in quo ligno significata est me  
moria dominice crucis que valet ad dulcoranduz penitenti  
bus amaritudinez quaz sustinent. iuxta illud. ḡg. **S**i pas  
sio domini ad memoriaz reuocet. nichil adeo duz qd non  
equo animo tollere. ppter difficultatez qm habet aliquis  
in bono opere post peccatuz. dictuz est eue postqm pecc  
uerat. gen. ii. **I**n dolore paries. **V**ndecimuz facit ad diffi  
cultatez ouersionis tristitia. qm inuenit peccator. quando  
cogitat se separari a vita in qua diu fuit. et hoc est causa

299.

quare ipsa memoria mortis amara est diuitibus. quia non possunt sustinere etiaz q̄ cogitē se separā a diuitijs quas amauerūt. Vnde eccl. xlj. D mors q̄ amara memoria homini iusto. t̄ pacē habenti ī substancijs suis. Duodecimū facit ad difficultatem ouersionis est quidaz magn⁹ timor qui est ī peccatore de inxpientia bone vite qz om̄is peccator ac modum caym habet caput tremulum trepidans ubi timendum non esset. credit enim q̄ mori debeat si deo seruiat. iuxta illud p̄. xxij. dicit piger. Leo est foris. ī medio plateaz occidendus sum.

Differens conuerti iniquus est ī deum. angelum. sc̄ip̄m proximum. et ī creaturas inferiores.

